



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

297. De coronatione Christi.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

fit illis Barabbam, *Marc. 15. v. 15.* Eum, qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant. *Luc. 23. vers. 25.*

II. Tunc ergo apprehendit Pilatus IESUM, & flagellavit. *Ioan. 19. v. 1.*

III. IESUM flagellatum tradidit eis, ut crucifigeretur. *Matth. 27. v. 16.* IESUM tradidit voluntati eorum. *Luc. 23. v. 25.*

MEDITATIO CCXCVII,

De coronatione Christi.

I. **T**unc milites præsidis suscipientes IESUM in prætorium, duxerunt eum in atrium prætorij, & congregaverunt ad eum universam cohortem: & exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei. *Matth. 27. v. 27. 28. Marc. 15. v. 26.*

II. Et plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput ejus, & arundinem in dextera ejus. *Matth. 27. v. 29.*

III. Et veniebant ad eum, & dicebant: Ave Rex Iudæorum. *Ioan. 19. v. 3.* Et genuflexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Ave Rex Iudæorum. *Matth. 27. v. 29.* Et dabant ei alapas. *Ioan. 19. v. 3.*

IV. Et exspuentes in eum, acceperunt arun-

arundinem, & percutiebant caput eius, *Matthaei 27. v. 30.*

MEDITATIO CCXCVIII.
ECCE HOMO.

I. **E**Xiuit iterum Pilatus foras, & dixit eis: Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoscatis, quia nullam inuenio in eo causam. *Ioan. 19. v. 4.*

II. Exiuit ergo Iesus portans coronam spineam, & purpureum vestimentum. Et dicit eis: ECCE HOMO. *Ioan. 19. v. 5.*

III. Cum ergo vidissent eum Pontifices, & ministri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite: Ego enim non inuenio in eo causam. Responderunt ei Iudaei: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. *Ioan. 19. v. 6. 7. 8.*

MEDITATIO CCXCIX.

Interrogat IESVM Pilatus, & iterum pro tribunali sedet.

I. **P**ilatus ingressus est praetorium iterum, & dixit ad IESUM: Vnde es tu? IESUS au-